

mones et temonarie (16) fuerint magagnata. Et ipsis corredis diligentissime perscrutatis, cum nauem naulizauerit ad aliquas partes huius mundi, si aliquam magagnam (17) in ipsis corredis inuenerit uel scierit aut esse crediderit, tunc in presenti ipsas magagnas, et quod scierit uel crediderit, manifestabit et aperte dicet primis omnibus naulizatis, tam si per eos naulizatos fuerit interrogatus quam non; et insuper omnibus aliis naulizatis quibus nauem ipsam naulizabit, si interrogatus fuerit per eosdem. Patronus uero, si nauem suam alicui uel aliquibus commiserit, tunc magagnas quas scierit uel esse crediderit in supradictis corredis, illi uel illis cui uel quibus nauem commiserit teneatur dicere sacramento (18) (a). Similiter A.197* || patronus qui nauem iurauerit sacramento teneatur (19) habere omnia correda et guarnimenta (20) sue nauis, et eciam marinarios quos secundum formam statuti habere tenetur; que sacramenta ab eis nostri consules teneantur auferre (21). Hoc intelligimus in naue et banzono et buzonaue uel (22) alio ligno de ducentis milliariis (23) et inde supra (b).

(16) arbores, antene, timones, timonarie — (17) magagnate, ipsis corredis diligentissime circatis. Cum ad partes aliquas nauis fuerit naulizata, si magagna aliqua — (18) corredis inuenta fuerit uel sciuerit aut credetur, statim ipsam magagnam manifestabo quam sciuerò uel credidero, et dicam primis naulizatis, tan si per ipsis requisitus fuero quam non; et si per eos interrogatus fuero si alicui nauem commiserit, ipsis dicam cui comisit — (19) iurabit, t. s. — (20) habere predicta correda et uarnimenta — (21) nostri consules ab eo recipere tenentur — (22) naue et quolibet — (23) de mill. CC.

(a) Cfr. da qui in avanti gli St. Tarr. 25.

(b) Luigi Fincati nel suo articolo inserito nella *Rivista Marittima* del febbraio 1878, intitolato « *Splendore e decadenza di Venezia* », riproduce, a pag. 105 e segg., il giuramento dei capitani delle galee dello Stato naviganti in squadra a servizio del commercio, il quale, *mutatis mutandis*, ha molti punti di riscontro con quello di cui al presente e al precedente capitolo. L'originale esiste nell'Archivio di Stato di Venezia, negli *Atti dei Procuratori di S. M. depositati dall'Amministrazione dei PP. II. RR.* (A. S.).